



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Decimarum quot a non est de jure divino.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

absolvitur, l. qui accusare, C. de eden. Nam regulariter ꝛ subditi ad solutionem decimarum, appellatione remota, sunt cogendi, c. ex multiplici, c. tua nobis, in fi. & ibi Abb. n. 8: de deci. & glo. in cl. dispendiosam, in verb. ceteri, de jud. & procedit regula semper quando decima est certa, pro qua decem pro centenario solvuntur, vel ad rationem vigesima, vel trigesima, aut quinquagesima, secundum, loci consuetudinem, seu compositionem, & transactionem, ita quod de certa quota legitime constet, & tunc his casibus appella-

43 tio non admittitur ꝛ ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum, quod casu Signatura committit causam appellationis cum clausula, sine retardatione solutionis decimarum, quæ interim lite pendente semper persolvi debent. Marchesan. in tract. Commiss. c. 4, n. 15, & 25, par. 2, & Monet. d. c. 8, n. 58.

In simili etiam appellatio à sententia lata super solutione pensionis, auctoritate Apostolica reservata, regulariter non suspendit iudicatum, quia in commissione apponitur dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, ut per Gomef. in comp. utr. sign. n. 86. nisi ex ventre litte rarum Apostolicarum oriatur conditio, quæ in primis est verificanda, ut oportu- niori loco fusiùs deduxi; limitatur tamen dicta regula pluribus casibus.

44 Primò, quando agens ad decimam ꝛ petit ad rationem decem pro centenario, vel alterius quotæ, cuius non est in possessione, nec eam sibi liquidò deberi probat, & reus excipiendo, opponit de consuetudine persolvendi duos fasciculos grani in agro pro quolibet modio terræ, aut aliam quotam: quia tunc appellatio non sus-

spendit iudicatum, quò ad dictos duos fasciculos, qui debentur liquidò partis confessione, sed quò ad reliquum appellatio suspendit iudicatum, & pars liquidanda decidi debet per tres sententias conformes, quæ opinio glossæ & Innoc. in c. in aliquibus & Abb. in c. tua nobis, n. 9, de deci. quam sequitur Monet. eod. c. 8, n. 58. ubi, quòd laico alleganti consuetudinem, non admittitur appellatio, non est simpliciter vera, quia aut quis allegat se consuetudine omninò exemptum esse à decimarum solutione, quò casu procedit opinio præfata, aut vult probare consuetudinem solvendi duos fasciculos grani tantum pro quolibet modio, vel quid simile, & tunc probatio consuetudinis est admittenda, ꝛ quia, quò ad certam quantitatem, aut portionem, non iure divino, nec naturali, sed humano tantum fuit in decimarum solutione inducta consuetudo, quæ est attendenda, dicto c. in aliquibus, §. fin. cap. commissum, c. cum sint homines, c. dilecti, c. ad Apostolica, de deci. Host. in sum. vers. septimò quaritur, eo. tit. & hanc esse communem opinionem testatur, Covar. d. c. 17, n. 2, post primo. & vers. sexto pariter; quæ consuetudo ꝛ circa decimarum solutionem usu, & spatio 40. tantum annorum legitime præscripta censetur, c. ult. de consuetu. Paru. cons. 25, n. 6, & 27 l. 4. Ruin. cons. 142, n. 12, vol. 5, Covar. eo. c. 17, n. 8, ver. decimo bis.

47 Secundò, limitatur, quando reus ꝛ conventus ad solutionem decimarum allegat privilegium, aut compositionem super certa portione, ultra quam, si cogeret solvere, gravaretur, & in causa decimarum admittitur appellatio, sicut in aliis causis, ubicunque aliquis gravatur, gl. in c. tua nobis.